

castitatem amaueris. et post virum tuum
alter nescieris. Ipsa namque viriliter se-
cit. quod fuit mater incorrupta. Castitatem
amavit. quod fuit virgo secunda. et post mor-
tem viri sui alter nesciuit. quod fuit vidua.
et toti trinitati sociata. **Sexto** saluanda
est domina tam fructuosa cum dicit. Be-
neditus fructus ventris tui. Ille autem
fructus secundum bernardum fuit benedictus in
odore. in sapore et in specie. **Odor** autem
istius fructus tantus erat quod patrem reco-
ciliavit. **Genes. xxv.** Ecce odor filii mei
quod demones expulit et perturbavit. **Eccles.**
xiij. Quasi enim murra electa dedi sua-
ritatem odoris. quod totum mundum reple-
uit. **De hoc Job. ix.** Dies mei transierunt
quasi naues poma portantes. Christus
enim per matrem huius mundi navigavit et
nobis odorem suum reliquit. **Secundo**
est iste fructus benedictus in sapore. cuius
sapor est tam dulcis quod appetitum prouo-
cat. **Ecclesiast. xxij.** Qui edunt me ad-
huc esurient. quod omnia amara dulcorat.
Deuteronom. xxxij. Inundationes ma-
ris quasi lac fuger. quod omnia alia dulcia
in insipiditatem mutant. **Job. xxv.** Ani-
ma saturata calcabit fauorem. **Tercio** est
benedictus in specie. Cuius enim species est
tam luminosa quod requirit in nobis magis
na purificatio ut ipsam videamus. **Matth. v.** Beati mundo corde quoniam
ipsi deum videbunt. tam gratiosa quod ibi est
nostra delectatio. **Deuter. xv.** Facies tua
plena est gratia. tam gloriosa quod ibi est
nostra beatitudo. **Johan. xv.** Nec est vi-
ta eterna ut cognoscant te solum rex dei
et quem misisti ihesum christum etc.

In cena domini.

Sermo primus.

Afferam pau-
illum aquez lauentur pedes
vestri et requiescite sub arbore
ponamque buccellam panis et portet cor

vestrum **Gene. xviij.** Isti verba que abra-
ham angelis dixit possunt esse verba christi
dicta in cena apostolis suis. Fecit enim cum
eis cenam. in qua quatuor genera fercu-
lorum apposuit. scilicet exemplum. medicamen-
tum. sacramentum et documentum. **Exem-**
plum humilitatis impendit in pedum ab-
lutione cum dicit. **Afferam** paucillum a-
que et lauentur pedes vestri. **De** isto enim
exemplo ipse dicit. **Exemplum** enim de-
di vobis etc. **Lauit** autem eorum pedes non
tamen corporales sed etiam spirituales quadru-
plici aqua que in presenti euangelio desig-
natur. **Primo** enim aqua materiali. de qua
dicitur. **Misit aquam** in peluum. et cepit la-
uare pedes discipulorum. **Et hoc** est dictum
est fecit in exemplum humilitatis. **Aug.**
Didicimus fratres humilitatem ab excel-
so. facimus inuicem humiles quod humili-
ter fecit excelsus. nec dedignetur quod fecit
christus facere christianis. **Cum** enim ad pe-
des fratris inclinatur corpus. etiam in cor-
de ipso vel excitatur. vel si iam inerat consi-
matur humilitatis affectus. **Secundo** la-
uit aqua sacramentali. **De** qua dicitur.
qui lotus est. non indiget nisi ut pedes la-
uet. **Ibi** dicit glosa. **Ex** his verbis intel-
ligimus baptizatos fuisse apostolos. et si
non legatur. **vbi Aug.** **Totus** homo in
baptismo abluitur sed cum in rebus huma-
nis postea limitur utique terra calcatur. **Ip-**
si ergo affectus humani quasi pedes sunt
vbi ex humanis rebus afficiuntur. **Quoti-**
die ergo lauat pedes in nobis qui interpel-
lat pro nobis. **Nec** videtur absurdum attenta
similitudine neque mirum si homo est promp-
tus ad pulueres prehendendos. quod est pulvis
in natiuitate. in vita. et in morte. **Nam** de
pulvere fuit conditus et in pulvere est resol-
uendus. et puluerem habet corpus. **Gen. iij.**
Pulvis es. ecce quod de pulvere conditus. et
in pulvere ibis. ecce quod puluerem habet cor-
pus **Loquar** ad dominum meum cum sim pulvis
et cinis. quod igitur totus homo est pulvis. et file
l.j.

appetit suū simile. ideo affectus humani
pmpri sunt ad plures p̄ralendos. ideo
sepe sunt lauari ne ipsi affectus in natu
ram pulueris puerāt. **Aug.** Talis nāq̄
est vnusquisq̄ qualis dilectō sua. si terrā
diligis terra es. si deum diligis deus es.
Tercio eos lauit aqua spūali. que est
aqua spūscī. de qua dicit. **Et** vos mūdi
estis sed non omnes. Non em̄ intelligit̄
de lotionē materiali. q̄ omnes lauit. nec
sacramentali q̄ omnes baptisati erāt. sed
de lotionē spūscī quā iudas nō hēbat
De qua aqua d̄ **Ezech.** xxxvi. Effundā
sup̄ vos aquam mūdā et mūdabimini
ab om̄b̄ inquinamētis vestris. de quib̄
inquinamentis d̄ **Job.** vii. Induta ē ca
ro mea putredine. quo ad inquinamentū
luxurie. et sordib̄ pulueris. quo ad iniqui
tamentū auaricie. **Cutis** mea aruit et cō
tracta est. quo ad inquinamentū superbie
supbia nāq̄ facit cor aridum. iuxta illud
Eccle. vi. Non te extollas iti cogitationē
anime tue et reliquaris velut lignū aridū
in heremo. Ab isto triplici inquinamento
mūdari debemus. **ij. Cor.** vii. Munde
mus nos ab omni inquinamento carnis
ecce mūdario a luxuria. et spūs. ecce mū
dario a supbia. p̄ficiētes sanctificationē.
ecce mūdario ab auaricia. Sanctus enim
idem est qd̄ agnos et sine terra. **Quarto**
eos lauit aqua celesti que de suo latere e
manauit. de qua dixit. Si non lauerō te
nō habebis premi mecum. de hac lotionē
d̄ **Apo.** vii. Lauērūt stolas suas et deal
bauerūt eas in sanguine. Sanguis enim
cristi instar lactis habet animas dealbare
Sanguis enim virtute caloris in lac cō
uerit. sanguis autē xpi in corpe suo fuit
ercoctus igne amoris. de quo d̄ **Lu.** xij.
Ignem veni mittere in terrā. In corde
aut̄ nostro d̄ ercoqui vbi sunt duo vbera
sc̄ intellectus et affectus. In intellectu d̄
ercoqui p̄ meditatōē. **ps.** In meditatōē
mea exardescet ignis. Et in affectu p̄ de

uotionem **Job.** xxxix. Pulli eius labunt
sanguinem. **Secdo** christus in cena po
fuit secundū ferculū. s. medicamentū pie
tatis in medicinali passione quam hodie
inchoauit. qd̄ notat̄ cum d̄ **Requiescite**
sub arbore. s. crucis. **Olim** genus hūanū
laborabat circa tria sc̄ opanda. et iste la
bor causabat a timore male humiliante.
circa diligenda. et iste labor causabat ex
amore male inflāmāte circa cognoscenda
et iste labor causabat ex errore male exce
cante. Sed ab isto triplici labore debem̄
sub arbore crucis requiescere. q̄ ibi inue
niemus fortitudinē cōtra timorem male
humiliantē. **Hoc** significatū est. **iii. Re.**
xix. vbi dicitur q̄ helias fatigatus piecit
se sub arbore iumperi. Et cum comedisset
tantā fortitudinē sensit q̄ vsq̄ ad montē
dei ore ambulauit. **Ibi** inuenimus re
frigeriū p̄ra amorem male inflāmātem
hoc significatū ē **Ione.** iij. q̄ ionas p̄ra
estum sub edera requieuit et refrigeriū in
uenit. **Ibi** inuenimus cognitiōē verita
tis. p̄ra errorem male excecantē. hoc sig
nificatum est **Luce.** xix. vbi dicit̄ zachus
ascendit in arborem ficomoz vñ christus
meruit videre et cognoscere. **Tercio** po
fuit terciū ferculū sc̄ sacramentū carita
tis in sui corpis et sanguinis p̄secratione
cum d̄ **Donam** q̄ buccellam panis. iste
panis fuit formatus in archa vteri virgi
nalis de tribo farinis. sc̄ antiqua noua et
eterna. i. carne anima et deitate vera. **Hoc**
significatum est. **ii. Reg.** xix. Resperit
helias et ecce ad caput suū subcinericius
panis. nam iste panis est candidus q̄ntū
ad animā puram. et subcinericius q̄ntū
ad carnem mortalitati subiectam. et ad ca
put positus q̄ ista duo sc̄ caro et anima
fuerunt christo in vnitare p̄sone p̄iuncta
Iste panis sic formatus triplici igne fuit
ercoctus sc̄ igne passiōis. quo ad farinā
antiquā. i. carnem. **psal.** ossa mea sicut
cremum aruerunt. **igne** amoris quo ad

farinam nouam id est animam. **Johā. xv.** Maiorem hac dilectionē nemo habet et igne deitatis quo ad farinam eternam. **Hebre. xij.** Deus noster ignis consumens est. Iste panis sic formatus et sic coctus per quinq; vulnera quasi per quinq; frustra fuit incisus. ut primū frustum patrem reconciliaret. **Roma. v.** Cum enim inimici essemus deo reconciliati sumus per mortē filij eius. Secundum ut celestē ianuā aperiret. **Hebre. ix.** Per proprium sanguinem introiuit semel in sancta. Tercium ut sanctos patres de limbo educeret. **Zacha. ix.** Tu quoq; in sanguine testamēti tui eduxisti victos de lacu in quo nō erat aqua. Quartū ut ruinam angelicā repararet. **ps.** Iudicabit in nationib; s; demonum. implebit ruinas s; angelorum. Quintum ut demones expoliaret. **Colo. ij.** Expoliauit principat; et potestates et. Iste panis sic formatus sic excoctus et incisus manducatur sacramentaliter tantū. sicut a malis qui species sacramentales recipiunt. sed effectū sacramenti non recipiunt. **i. Cor. ij.** Qui manducat et bibit indigne et. Ab aliquib; autem spūaliter tñ. sicut a bonis quando s; articulus necessitatis. nō contempts religionis sacramentū excludit. De isto modo dicit **aug.** Ut quid paras tentem et ventrē. crede et manducaisti. Ab aliquib; sacramentaliter et spūaliter. sicut a bonis qui recipiunt sacramentum et tam sacramenti. **Johan. xij.** Qui manducat meam carnem et bibit meū sanguinem habet vitam eternā. Quarto posuit in hac cena quartum ferculum scilicet documentum veritatis. et hoc in sermonis compilatione cum dicitur. **Exhortetur corde v;.** Sermo enim dei h; pfortare omnes sensus spūales. Nam pfortat visum spūale; usus autem non pfortatur in coloribus extrinsecis. id est albo et nigro. sed in medio et est in viridi. Per album enim intelligitur claritas celestis. per nigrum obscuritas infernalis. Sermo dei tanq; viridis medius procedit. qz nritur nos inducere in amorem celestium. et ad timorem penarum eternarū. **Ihre. xij.** Erat solum eius viride. Secundo pfortatur per odorem spūalem. Odor enim aliquñ causat excrematione ut patet in thure. Aliquñ per pñtionem. sicut per in pñto aromate. Aliquñ ex reuelatōne. sicut per in apertovase. Tūc enim sermo dei valde refolet quādo in affectu predicatoris pcrematur per amorem. intellectu pcretur per meditationem. et in vita per honestatem siue honestam puerfactionem. **ij. ad Cor. ij.** Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Tercio pfortat spirituale gustum. **Actuum. xij.** Cum accepisset cibum confortatus est. Confortat autem operatiuam ut viuatus operetur. Intellectuam ut limpidius ptemplatur. Et affectiuam ut sapidius delectet. De his tribus dicitur **Ecd. xv.** Cibavit euz dominus panem vite quo ad primum. et intellectus quo ad secundū. et aqua sapientie. id est sapide scientie potavit illū. quo ad tertium. Quarto delectat spirituales auditum. Sonus enim scdm augustinū fit trib; modis. s; cantu. flatu. et pulsu. Ad vocem peruenit cantus. ad organum flatus. ad citaram pulsus. Non est ergo mirum si audire verba dei est delectabile. quia aut pcesserunt ab ore dei. aut a sanctis qui fuerunt organū dei. aut ab ore xpī qui fuit citara dei. scdm illud psalmiste. **Exurge psalterium et citara.** Quinto delectat et confortat spirituale tactum. Tactus autem non delectatur circa dura vel molia sed circa media. Sic sermo dei reprehendit extrema et commendat media. Nam reprehendit dolosiratem et fatuitatem. et commendat prudentiam. Reprehendit gulosiratem et vacuitatem et commendat temperantiam. Reprehendit seueritatem et remissionem. et commendat iusticiam. Reprehendit temeritatem et pusillitatem.

De Cena domini

militatem et commendat fortitudinem. De his quatuor dicit Sap. viij. Sobrietatem et sapientiam docet et iusticiam et virtutem quibus vilius nihil est in vita hominibus.

De eodem Sermo. ij.

Quoniam lorus est non indiget nisi ut pedes laueret. Job. xij. Istud verbum tractans Innocentius papa tercius distinguit triplex lauatque scilicet aque sanguinis et lacrimarum. Et quodlibet horum dicit esse duplex. Nam lauatque aque duplex est. scilicet materialis aque et spiritualis. Lauatque sanguinis duplex est. scilicet fusi in partibus. et oblatis in sacramento. Lauatque lacrimarum duplex est. scilicet oculorum ad lamentum. et plantarum ad sacramentum. Ista quidem sex lauatque in hac die sunt facta. ut idem Innocentius ostendit. Primum igitur lauatque est aque materialis qua christus pedes discipulorum lauit. quod quidem fecit in exemplum iuxta illud. Johan. xij. Exemplum dedi vobis. In hoc enim exemplo instruuntur superiores. inferiores et equales. Superiores scilicet prelati instruuntur. tunc enim caput et pedes lauat quando prelati ad bonos se habent cum diligentia. Crisostomus. Non solum pedes lauit sed vestimenta deponit linteis se precinxit. pelum implet ostendens quod cum omni studio talia facere oportet. Rom. xij. Qui preest in sollicitudine. Ad malos debent se habere cum patientia et benivolentia. Exemplo christi qui pedis toris sui pedes lauit. Voluit quidem ipsum a sua malicia coercere non per tormenta vel plagas sed modo per amorem vocando ipsum amicum. Matth. xxvi. Amice ad quid venisti. Modo per pudorem habendo eum comensalem suum. ut ibidem. Qui intingit mecum manum in parapside etc. Modo per timorem predicando ei supplicium eternum ut ibidem. Ne homini illi per quem filius hominis tradetur. Non per obsequium

impendendo sibi humilitatis officium quoniam scilicet eius pedes lauit. Aug. Non dedignatus est christus inde lauare pedes. cuius inde manus videbat in scelere. Secundo instruunt inferiores ut exemplo christi ad suos prelatos habeant se reuerenter. quod notatur cum dicitur Domine tu mihi laues pedes. Crisostomus. Nam quibus cecorum oculos aperuisti. leprosos mundasti. mortuos suscitasti etc. Phil. ij. Qui huiusmodi sunt cum omni honore habitore. Debent se habere humiliter. quod notatur cum dicitur Non lauabis mihi pedes in eternum Augustinus. Quamvis magne audacie esset predicare seruum domino hominem deo tamen hoc magis facere voluit quam pati ut carius sibi lauaret pedes. Tercio debet se habere obedienter. quod notatur in hoc quod petrus post modum obediens dixit Domine non tuus pedes meos etc. Hebr. xij. Obedite prepositis vestris. ecce obediencia. et subiaccere eis. ecce humilitas deuota. Tercio instruuntur equales et omnes ut habeant caritatem mutuam adinuicem. quod est secundum glossam. inuicem sibi seruire. inuicem sibi peccata dimittere. per inuicem orare. Aug. Inuicem nobis delicta donemus. et pro nostris inuicem peccatis oremus. atque ita quodammodo nobis pedes lauamus. Secundum lauatque est aqua spiritualis per quam elemosina significatur que pedes. id est pauperes qui videntur esse extremi. id est abiecti. sunt lauandi. id est refouendi. Dicitur autem elemosina aqua. quia habet virtutem extinguendi respectu peccati quod extinguit. Ecc. ij. Ignem ardentem extinguit aqua et elemosina resistit peccatis. Virtutem munditiam respectu gratie que infunditur. Luce. xi. Date elemosinam et omnia munda sunt vobis. Virtutem secundariam respectu bonorum que augentur. ij. Cor. x. Multiplicabit se vestrum etc. virtutem fructificatiuam respectu premij quod acquiritur. Eccl. xij. De substantia tua fac

elemosinam. premium enim bonum tibi
 rixas. **T**erciu lauacꝛ est sanguis
 effusi in patibulo quo xps peccata nostra
 lauit. **Apoc. i.** Lauit nos a peccatis nostris
 in sanguine suo. vnde ps. Asperges me
 dñe yfopo r. Lauacꝛ siue balneũ debz
 eẽ medicinale. calidũ r claz. sic sanguis
 xpi fuit medicinalis rone diuinitatis cui
 fuit vnitus. Et fuit calidus rone amoris
 quo fuit inflammatus. Ista duo notant
 in hoc q xps yfopo assimilaf que est lex
 ba medicinalis r calida. Fuit etiam iste
 sanguis clarus. qz aiam facit clarã r mĩ
 dam. ideo sequit. Lauabis me r sup ni
 uem dealbabor. **Q**uartũ lauacꝛ est san
 guinis oblari in sacramento. qd quidem
 factũ xpus nobis dimisit in memoriale
 sue passionis. de quo dicit **Luce. xxiij.** Hoc
 facite in meam pmemoratiõem. **H**abem⁹
 enim triplex memoriale passionis. **U**nũ
 in visu. scz passio xpi picta. **A**liud in au
 ditu. scz passio xpi predicata. **A**liud i gu
 stu scz passio xpi in hoc sacramento exerci
 ter ptena. Si igit affectus mouet passio
 xpi in ymaginibz visa. r passio audita r
 predicata. multo fortius mouere dz passi
 o degustata. **Ecc. xliij.** In omĩ ore quasi
 mel dulcorabit eius memoria. **Q**uin
 tum lauacꝛ est lacrimaz ex oculis ad la
 mentũ q̃tum ad publice penitentes. qui
 hodie reconcilianf. In capite em̃ ieiunij
 excludunt ab introitu eccie. arcenf a per
 ceptõe eucaristie. r ligant nexibz pñe. et
 istud fit in signum pñe ade qui fuit a pa
 diso eiectus. a ligno vite p̃bitus. r mĩ
 nis venis ligatus. sed hodie xps celestis
 ianuã cepit aperire. r ideo in ecciam intro
 ducunt. **H**odie corpus r sanguinem ad
 manducandũ dedit. r ideo ad edendum
 admittunt. **H**odie ligatus fuit. r iõ ipsi
 qui ligati erant a nexibz soluunt. **I**uxta il
 lud **Johã. xviij.** Si g me queritis finite
 hos abire. **S**extũ lauacꝛ est lacrimatũ
 ex plantis ad factũ. sicut est oleum r bal

samum ex quibz crisma pficiẽ. r hoc pon
 tificali benedictõẽ adiuncta. per qd datur
 intelligi q debemus habere oleum. i. nito
 rem p̃cientie q̃tum ad deum. **Mat. xx.**
Prudentes virgines acceperunt oleũ rẽ
Balsamũ. i. odorem bone fame q̃tum ad
 primum. **Ecc. xxviij.** Sicut cynamomũ
 r balsamũ odorem dedit. r benedictionem
 celestis gratie q̃tum ad seipfos quã qui
 dem benedictõem celestis pontifex habet
 dare.

De eodem

Sermo. iij.

Ergit a cena r ponit vestimenta
 sua. In hac cena dñs multoz p
 sonã assumpsit. s. personã amici.
 magistri. dñi r serui. ac prelati. **P**ersonã
 quidẽ amica assumpsit qñ cum discipulis
 cenare voluit. Signum enim spũalis est
 amicitie inuicẽ epulari r maxime qñ de
 berent separi. **C**hristus igit ab aplis dis
 cellurus. primo cũ eis cenam voluit cele
 brare. in qua quidẽ fuit triplex genus ci
 bi. r triplex genus vini. **I**bi enim fuit pa
 nis azimius. agnus tipicus. r xpi verum
 corpus qd xpus in specie panis discipu
 lis dedit. **C**ontraria aut hys fuerũt in ce
 na ade quã ipse cũ vxore sua celebravit.
Hic em̃ fuit panis azimius. ibi fuit panis
 fermentatus. qz tota natura humana per
 peccatũ fuit fermentata r corrupta. **H**ic
 agnus tipicus. ibi cibo veritus. **H**ic pa
 nis in corpus xpi mutatus. ibi panis mu
 tatus in corpus dyaboli. **P**eccatũ enim
 mortale in corpus dyaboli facit transire
Fuit etiam in cena dñi triplex genus vi
 ni. s. legale. i. succus de lactucis agrestibz
Sacramentale. i. sanguis xpi discipulis
 in specie vini oblatus. **E**t spũale. i. abun
 dantia diuini amoris quo oēs qui erant
 in illa cena erant repleti r quodammodo
 ebrij effecti. **N**am pre amore christus fu
 it ebrius quando in cruce fuit denudatus
Petrus fuit ebrius. qñ contra pericula
 l. iij.

De Cena domini

mortis securus erat effectus. **Johānes** fuit ebrius qui in christi pectore quasi in fonte fuit potatus. Si igitur ad hanc volumus accedere et corpus cristi digne suscipere debemus hunc triplicem cibum habere. scilicet panem azimū. i. cor. pur. j. **Cor.** v. Epulemur in azimis sinceritatis. **Agnum.** i. cor. amore christi inflammatum. **ps.** Inflammatum est cor meum. **et.** et panem transubstantiatū. i. cor. ab omni amore mundi alienatum ut nihil sit ibi amoris mundi. sed ibi accidentia sine subiecto. i. amor temporalium non radice in animo. Debemus etiam habere hoc triplex vinum scilicet vinum proutonis ex herbis agrestibus. **et.** **ps.** Potabis nos vino compunctionis. Vinum deuotionis ut eius sanguinem spiritum cum deuotione et desiderio in memoria habeamus. **Joh. xix.** Pulli eius lambunt sanguinem. Vinum amoris ut eius dulcedine delectemur et inebriemur. **Can. v.** **Bibite et inebriamini carissimi.** **Secundo** christus assumpsit personam magistri. cuius dicit **Vos** vocatis me magister et domine. **Johā. xij.** De isto magistro dicit **Matth. xij.** Magister scimus quia verax es. **et.** **Secundum autem Crisostomum.** magister veritatis quis efficit veritatem non falsificando a veritate non cadendo. et veritatem defendendo. Chasius igitur dicit verus magister quia veritatem non falsificauit. unde dicit **Magister** scimus quia verax es. veritatem non tacuit. unde dicit. Et viam dei in veritate doces. et veritatem defendit. **Unde** dicit. Non enim respicis personam hominum. Habet autem iste magister quatuor modos docendi. docuit verbis. exemplis sacramentis et miraculis. **Quidam** ei erant rudes et insciji et istos docebat verbis. **matth. v.** Aperiens os suum et docebat eos dicēs Beati pauperes spiritu quoniam. **et.** **Quidam** erant curiosi qui volebant audire verba sed videre facta. istos docebat exemplis. **Matth. decimo capitulo.** **Dis**

cre a me quia mitis sum et humilis corde. **Quidam** erant superbi et istos humiliabat sub creaturis instituens sacramenta a quibus iustificacionem acciperent. **Johā. ij.** Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. **et.** **Quidam** erant duri et obliuati. istos puniebat miraculis. **Act. r.** **Qui** pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo. **Tercio** assumpsit personam domini cum dicit. **Ego** magister et dominus. **Dicit autem Crisostomus** quod ad perfectum dominum tria requiruntur scilicet terror. ordinatio et amor. **Quantum** ad ista tria christus in presenti vita plenum dominum non ostendit. in futuro autem ostendet. quia reprobos reget in terrore. **psal.** Reges eos in virga ferrea. **et.** beatos reget in amore. **Deut. xij. cap.** Amantissimus domini habitabit confidenter et omnes ponet in ordine. Nam et in bonis erit ordo premiorum. **j. Cor. xv.** **Alia** claritas solis id est christi. alia claritas lune. id est beate virginis marie. alia claritas stellarum. id est aliorum sanctorum. **Stella** enim differt a stella in claritate. quia etiam gloria vnius sancti differt a gloria alterius. **In** malis est ordo penarum. **Iuxta illud Apocal. xij. cap.** **Quantum** se glorificauit et in deliciis fuit. tantum dare ei tormentum et lucrum. **Quarto** assumpsit personam serui in hoc quod pedes seruorum lauit. quod fecit primo in exemplum humilitatis. **Unde** dicit **Exemplum** enim in dedi vobis. **et.** **psal.** Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat et humilia respicit in celo et in terra. **Tunc** humilia respicit in terra quando pedes iude lauit qui iudas erat terrenus per auariciam. **Crisostomus.** Quem tumorem non desinit at quod qui sedet super chrysin pedes lauit perditionis. **Secundo** lauit in medicamentum nostre infirmitatis. homo quidem se crederet usque ad summum dei. ideo christus se humiliavit usque ad infimum hominis ut

et humilitas superbia nostra sanaret. **Aug.**
 Tanta quippe est humilitas ut et eam suo
 commendaret exemplo divina sublimitas.
 quia homo superbo in eternum periret nisi eius
 deus humilis muniret. **Tercio** lauit in
 sacramentum habende puritatis. Lauit enim
 pedes antequam eis corpus suum daret. ut per
 hoc daret intelligi quod antequam ad corpus christi
 accedamus corde pedum. id est affectum indi-
 genus. In cuius significandem dicit **dy-**
oni. quod sacerdos celebraturus lauat ma-
 nus. quia non tamen debet esse mundus a pecca-
 tis grauius sed etiam a venialibus. **Quinto**
 assumpsit personam prelati cum dixit. Exem-
 plum enim dedit vobis etc. Christus ergo prelati
 in exemplum docuit discipulos suos per cre-
 plum. per doctrinam. et preterit per ordinem. **De**
 quibus sic dicit **greg.** Christus veniens no-
 ua docuit. noua docens mira exercebat. mi-
 ra faciens praua tolerauit. In hijs ergo tribus
 tora vita christi preprehendit. scilicet in docendo.
 in faciendo. et in predicando. In quibus pre-
 lati ipsum imitari debent. Ipsi namque subditos
 instruere debent per doctrinam. informare per vi-
 tam. et defendere per iusticiam. Sed multi di-
 cere possent illud **psa. iij.** Non sum medicus
 et in domo mea non est panis neque vestimen-
 tum. noli me presumere principem populi. Ip-
 si enim non sunt medici. quia non possunt sanare
 aliorum vitam cum ipsi vitam habeant vulnera-
 tam. **Gre.** Cum etiam populi presul suscipit
 quasi ad egyptum medicus accedit. Quia ergo per
 sumptum mederi sperant qui in facie ipsum
 vulnus portant. Ipsi etiam non habent panem
 sacre doctrine. et ideo alios reficere et instrue-
 re non possunt. **Re. iij.** paruuli perierunt panem
 et non erat qui frangeret eis. Ipsi etiam non
 habent vestimentum iusticie. et ideo alios non
 defendunt per instantiam. de quo vestimento
 dicit **ephe. vi.** Induti lorica iusticie.

De eodem Sermo. iij.

Quoniam quid fecerit vobis. Ad istam
 interrogandem possumus respondere
 vnicuique scimus quid hodie fecerit

nobis. quia tria opera fecit nobis. **Primum** est **C**
 opus mire humilitatis. et hoc in quantum pe-
 des discipulorum lauit. et ista humilitas com-
 mendabilis est quantum ad quadruplex ge-
 nus cause. **Primo** ex consideratione cause agen-
 tis. quia scilicet ille qui est super omnia se hodie hu-
 militauit infra omnia. id est usque ad pedes seruorum.
Unde primo ostendit suam sublimitatem. et
 postea ponit humilitatem. **Secundo** vocans
 memorem et dominum etc. si ergo dominus et memorem etc.
Hec est verbum superbie sed humilitatis ne-
 cessarie. Cum enim superbie sit super alios ire
 qui super omnes est superbie non potest. **Secundo**
 commendabilis est ex consideratione cause ma-
 terialis. id est ipsorum discipulorum circa quos fi-
 ebat ipsa ablutio. quia non lauabat pedes
 imperatorum. sed piscatorum et seruorum. **Unde**
 petrus sciens suam vilitatem et christi maiestatem
 dixit. Non lauabis mihi pedes in eternum.
Et christus respondit. Si non lauero te etc. **Tunc**
 petrus timore percussus et amore inflam-
 matus obtulit lauandos pedes et manus et
 caput. Sed dominus per suam responsum
 ostendit quod petrus non indigebat lotionem
 capitis et manuum sed tantum pedum. **Per**
 caput enim intentio. per manus autem ope-
 ratio significatur. **Ista** autem duo in pe-
 tro munda erant. quia intentionem ad de-
 um dirigebat et opera sancta habebat. per
 pedes autem significatur affectio que ali-
 quo puluere terrene affectionis siue cupi-
 ditatis sepe aspergitur. **Augustinus** Ipsi
 humani affectus sine quibus in hac mortalitate
 non viuuntur quasi pedes sunt ubi
 et humanis rebus afficimur. **Unde** si di-
 xerimus. quoniam peccatum non habemus
 nosmetipsos decipimus. **Ac** au-
 tem indigemus ut lauentur in nobis et
 caput intentionis que sepe est discordata
 et manus operationis que sepe est remis-
 sa. et pes affectionis. qui scilicet sepe est
 puluere aspersus. et cor cogitationis que
 sepe est immunda. **Et** corpus totius con-
 uersationis que ut sepius est inordinata

Et ad ista quinque abluenda xps in quinque partibus corporis sanguinem emisit scilicet in capite ut laueret nostram intentionem. In manibus ut laueret nostram operationem. In pedibus ut laueret nostram affectionem. In corde ut laueret nostram cogitationem. Et fuit flagellatus in toto corpore ut laueret nostram vitam et conversationem. Tercio ista humilitas commendabilis est ratione modi agendi que fuit. quia vestimenta deposuit. lintibus se precinxit. et aquam in peluim misit ac sic pedes lauit. vestimentum deposuit quia corpus ab eo separatum fuit. Lintibus se precinxit quia idem corpus renouatum resumpsit. Et aquam in peluim misit quando suum sanguinem in terram effudit. Et sic pedes ad effectus nostros lauit. **1. p. c. j.** Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Fecit nobis spirituale lixiuum in quo per aquam posuit suum sanguinem preciosum. **1. Jo. v.** Hic est qui venit in aqua et sanguine cristus ihesus. per cinere amaritudinem penarum. **ps.** Cinerem tanquam panem manducabam. per ignem calefaciente a morem intensum. **Jo. xij.** Cum dilexisset suos qui erant in mundo etc. Sed quia lixiuum nimis erat forte. tum propter nimium cinerem amaritudinis. tum propter nimiam ebullitionem amoris. ideo ipsum duplici aqua temperauit. scilicet aqua lacrimarum quam in cruce fudit. ut dicitur **Debre. v.** et aqua regenerationis que de latere emanauit. Et sic ex tali lixiuo sic facto ex aqua sanguinis. et cinere amaritudinis sic calefacto ex igne amoris sic parato ex aqua lacrimarum et regenerationis omnem pedes lauit. Quare commendabilis est ex ratione cause finalis que fuit exemplum humilitatis dare. Et etiam ut daret exemplum prelati ut ipsi qui sunt caput subditos qui sunt pedes lauent. id est verbo et exemplo informant. quod autem pedes aliquorum non possunt lauari vel emundari hic potest esse triplex causa. Primo ex ratione lauantis quoniam scilicet non habet manus

mundas. prelati enim qui vitam mundam non habent potius inquinantur quam lauantur. **Eccle. xliij.** Ab immundo quid mundabitur? **Greg. naz. aenus.** Mundari prius oportet et sic alios emundare. Secundo scilicet ex parte lauandi quoniam scilicet lauandus subditus habet puluerem terrenorum nimis inueteratos. quia amor terrenorum non inest cordibus auarorum per modum forme accidentalis que possit eis adesse vel abesse preter subiecti corruptionem. quia si assunt corrupti animi et eorum per superbiam. si absunt corrupti per inpatientiam vel etiam quando nimis inquinantur. **Eccle. xliij.** Qui baptizatus a mortuo et iterum tangit mortuum quid proficit lauatio eius. tales enim sunt ad instar lateris. quia quanto plus lauantur tanto plius inquinantur. **ij. Pe. ij.** Canis reuersus ad vomitum etc. Tercio ex parte aque qua lauantur quando scilicet est turbida et immunda per quam amor ipsius mundi significatur. quia animam non abluit sed immundam facit. **Jeremi. ij.** Quid tibi in via egypti ut bibas aquam turpidam. **Aug. i.** Quisquis es qui es in mundo ad te venit qui fecit mundum ut eripiat te de mundo. Qui si adhuc aliqua delectatione te retinet mundus sperabis esse immundus. Secundo fecit opus mire maiestatis. quod consistit in corporis et sanguinis consecratione. hoc enim est tante maiestatis quod excellit omnem potentiam creatam scilicet potentiam sensitiuam. eo quod accidentia ibi sine subiecto persistant et sensum moueant sensibilis cognitionis. naturam excellit. cum accidentis esse sit inesse. Cum ergo audis hoc est corpus meum. non acquiescas gustui. quia putaret se sentire saporem panis. nec visui et sic de aliis sensibus qui ibi decipiunt. Acquiescas tantum auditui. quia cum audis. hoc est corpus meum hoc est quod audis. hoc significatum est. **Genesis. xxiij.** capitulo. in ysaac in quo deceptus fuit visus. quia non cognouit. Olfactus quia credidit sentire odorem

vestimentorum esau et sensit odorem Jacob.
Gustus. quia putabat se comedere de cena
 none esau. Tactus quia putabat se tangere
 manus esau. Auditus vero non fuit de ce
 pite. cum dicitur. vox quidem vox iacob est.
Secundo excellit potentiam ymaginatis
 uam in quantum unum et idem corpus est in di
 uersis locis. Dicit autem innocentiarius terci
 us quod sicut filius dei per naturam habet tri
 plicem modum essendi in rebus. Est enim in om
 nibus per essentiam. in iustis per gratiam. in na
 tura assumpta per unionem. Ita corpus eius
 habet triplicem modum essendi. Est enim in ce
 lo localiter. in verbo specialiter. in altari sa
 cramentaliter. **T**ercio excedit potentiam
 intellectiua in quantum corpus christi integre et
 perfectum sub tam pua specie est presentum.
Augustinus loquens de hoc sacramento pro felicia
 num dicit. Hoc fides querat. intelligenti
 a non exquirat. ne aut non inuentum crea
 tor incredibile. aut inuentum credat singu
 lare. **Q**uarto excedit potentiam operatiua
 quia potentia creata hoc non potest. sed solummodo
 increata. **E**usebius Inuisibilis sacerdos
 inuisibiles creaturas verbo suo secreto po
 terter permutet potare permutat. **T**ercio
 fecit opus mire caritatis. quod consistit in sue
 passionis inchoatione. hodie quidem suam
 passionem inchoauit. in quantum factus in a
 gonia sanguineas guttas sudauit. ut scilicet
 dicitur **Lu. xij.** Sudor autem causatus ex nimio la
 bore. timore. dolore et calore. Christus au
 tem habuit laborem. **Isa. xlix.** Inuacuū la
 borauit etc. Habuit timorem in quantum erat
 homo passibilis. **Mat. xxij.** Cepit pau
 rer redere. Habuit dolorem **Lreno. j.** O
 mnes oēs qui transitis per viam attendite et
 videte si est dolor similis sicut dolor meus.
 Habuit calorem. id est feruentem amorem **Job.**
xij. Cum dilexisset suos qui erant in mun
 do etc. et dicitur factus in agonia. Iste enim qua
 tuor acies pugnabant inuicem tres scilicet pro
 vnam et vna pro tres. Si quidem labor pug
 nabat pro amorem et amor pro laborem. **L**a

bor enim nolebat passionem. sed amor vole
 bat. et amor laborem vicere labor amor cess
 sit. quia fructum de labore suo perfiderauit. **Isa.**
liij. pro eo quod laborauit videbit et saturabitur.
 Similiter timor pugnabat pro amorem et
 amor contra timorem. Timor enim nolebat
 passionem. sed amor volebat. et amor timor
 rem superauit. atque timor amor cessit. unde
 de deponit timorem et prudenter passionem
 sustinuit. **Proverb. xxvij.** Iustus quasi
 leo confidens absque timore erit. Similiter
 dolor pugnabat pro amore et amor pro dolo
 rem. quia dolor nolebat passionem. sed amor
 volebat et amor dolorem superauit. et dolor
 amor cessit. unde cum magno gaudio pas
 sionem sustinuit. **Hebr. xij.** Proposito si
 bi gaudio sustinuit crucem. Non fuit ergo
 mirum si in corde suo agonia magna fuit. v
 bi tantus conflictus exstitit. tam vehementis
 fuit ardor et conflictus amoris quod per totum cor
 pus sudauit. et sudorem percutit in sanguinem

De eodem

Sermo. v.

Probet autem seipsum homo et sic de
 pane illo edat et de calice bibat. **j.**
Cor. xj. Ceteri tibi sunt et bandi
 et sic recipiendi. Iste autem cibus non est pban
 dus. quia spiritus est bonus. sed recipiens est pro
 bandus si est bene preparatus. Ideo dicit
 apostolus. probet autem seipsum homo Sicut enim me
 dicina homini non preparato est causa mortis et homini
 preparato est causa salutis. sic iste cibus homini indi
 gno est venenum. homini autem digno est meri
 tum sempiternum. **M**orandum autem quod homo
 circa hoc tria probare se debet. Primo seip
 sum quante sit puritatis. De puritate autem
 recipientis hoc sacrum corpus dicitur **Exod. xj.**
Renes vestros accingens etc. que ibi po
 nunt. Ex quibus verbis habet quod recipiens
 hoc sacramentum debet esse mundus a carnali
 delectatione. ideo dicitur **Renes vestros acci.** **Le**
gij. ij. **Reg. vij.** quod ora a domino est percussus
 quia archam dei tangere presumpserat. et rationem

assignant iudei qz mundus nō erat. quia illa nocte cuꝝ vxore sua iacuerat. Si ergo ille est pcussus qui iacuit cum sua vxore qua pcussione dignus est. qui se defecit cu meretrice. si ille qui tenigit qua pcussione ille qui sumit. si ille qui tenigit archā ligneam qua pcussione dignus est qui sumit indigne carnem christi veram. **Scō** debet esse mūdus a terrenorꝝ affectiōe. qd notat cum dicit **Calciamenta** hēbis in pedibꝝ. nō enim dꝝ diligere terrena p inor dinatum amorē. Sed in suis affectibus dꝝ habere calciamenta. i. scōꝝ parꝝ exempla p imitātiōem qui terrena oīa ptempserunt. Qui ei diligit terrena efficit terra. **Osee. ii.** Facti sunt abominabiles sicut ea que dilexerunt. immo efficitur lutum. **Abacuch. ij.** dicit de auaro. vsqꝫ quo aggrauat ptra se densꝫ lutū. Auarus ergo qui corpus xpī recipit ipsum in terrā et lutum pñit. **Tercio** dꝝ esse mūdus a vana cogitatōe. qd notat cum dꝝ. Tenentes baculos in manibꝝ. Debet enim baculꝫ crucis i corde retinere. et cum eo canes. i. demonū cogitatōes aīn lacerantes abijcere. **Criso.** Ubicūqꝫ demones signū crucis viderint territi fugiunt. baculū timentes quo plagam acceperūt. **Legit Gen. xvi.** qꝫ super sacrificium abrahe volucres descendebant sed ipse eas abigebat. quia qñ hoc sacrificium offerimus vel recipimus cogitatōes volantes abigere debemus. **Quarto** dꝝ esse mūdus a negligentia et torpore. qd notat cum dꝝ. Et comedis festinanter. festinanter comedit qui cum seruenti desiderio suscipit. **Glo. sup illud.** Qui māducat et bibit indigne. Indigne sumit qui nō deuota mente accedit ppter ista significanda legit **Exod. xij.** qꝫ quatuor psonae ab esu agni excludebant. scꝫ seruus incircumcisus mercenarius et aduena ac alienigena. Seruus incircumcisus. i. luxuriosus qui nō est mūdus a carnali delectatōe. qz sicut dꝝ **Gal. v.** Qui

autem christi sunt carnē suā crucifixerunt cū vicijs et pcupiscentijs. Mercenarius autē est auarus qui nō est mūdus a terrenorꝝ affectiōe qui est seruus et mercenarius pecunie. iuxta illud **Mathei. vi.** Non potestis deo seruire et mānone. Aduena est neophytus. i. de nouo puerus. qz ille adhuc nō est mūdus a carnali cogitatōe. Et iste cibus nō est neophytorꝝ sed grandū sicut dictum fuit **Augustino.** Cibus sum grandū et. Alienigena est tepidus et in deuotus qui nō est mūdus a negligentia et torpore. et iste cibus nō est insipidus sed palatum sanū habentū et sapore dulcemē. **Aug.** Palato nō sano pena ē panis qui sano est suauis. **Scō** dꝝ pbare corpus dñicum quante sit maiestatis. nō em̄ recipit panem materiale sed celestē illū scꝫ qui ait. **Iohā. vi.** Ego sum panis viuus qui de celo descendi. deus ei pꝫo homini triplicē cibū pparuit. sicut habet **Gen. ij.** scꝫ pcessum phibitum et pmissum. Si pcessus vsus fuisset a phibito abstinenti ad pmissum puenisset. Sꝫ qz male vsus est phibito iuste priuatus est pcesso piter et pmissio. vnde dixit dñs. Vide ne forte sumas de ligno vite et viuas in eternum. Quilibet autē cibus habuit aliquid impetritōis. nam phibitus fuit mors causa tuus. Concessus nō fuit de celo delatus sed de humo pductus pmissus vitā beatam nō dabat. sed in vita hominē plon gabat. sed longe nobilitatē aliū cibū xpūs nobis dedit. Ille enim fuit mortis causa tuus. hic autē est viuificatiuus. idō dicit **Ego sum panis viuus.** ille fuit de humo productus. iste de celo delatus. Ideo dicitur. Qui de celo descendit. Ille confert uabat vitam corporalem. iste dat vitam celestem. ideo dicit **Si quis manducauerit ex hoc pane** viuet in eternum. **Tercio** debet pbare recipiendi modum quante sit sanctitatis. Modus autē quintuplex traditur a **Damasceō.** libro quarto.

Quia fin eum debet recipi cum multo timore. cum conscientie puritate. cum vera fide. cum multa reuerentia et honore. cum multo desiderio et deuotione. Debet namque recipi cum multo timore. quia ibi prinetur diuina maiestas. Cum tali timore receperat petrus qui dicebat **Luc. v.** Eri a me quia homo peccator sum domine. **Stu.** por enim circūcederat eum. Debet recipi cum conscientie puritate. quia ibi prinetur ille qui est sincerissima puritas. Cum tali puritate recipere vult eum sponsa que dicit **Cantic. i.** Lectulus noster floridus est. Debet recipi cum vera fide. quia ibi prinetur relata veritas. Cum tali fide receperat eum virgo beata **Maria** de qua dicitur **Lu. i.** Beata que credidisti etc. Debet recipi cum multa reuerentia et honore. quia ibi prinetur vera diuinitas. Cum tali reuerentia recipiebat ille qui dicebat **Matth. viij.** Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. Debet recipi cum multo desiderio et deuotione. quia in eo prinetur infinita caritas. Cum tali deuotione et mentis exultatione recipiebat ille qui dicebat **Lu. xix.** Accipit illud gaudens in domum suam.

De eodem. Sermo. vi.

Quoniam cum venero disponam. **i. Cor. xj.** Postquam ordinauit apostolus corinthios quantum ad corporis et sanguinis dignam susceptionem. permittit se in aduentu suo ordinaturus ea que prinetur ad factum huius dignam celebrationem. Ex quibus verbis colligitur quod apostoli multa ordinauerunt que in scriptis non reliquerunt. Sicut ipse ecclesia a spiritu sancto doctra multa hodie facienda ordinauit que multis sensum prinetur reuident. Primum est quia hodie publice penitentes reconciliant. Nam in capite ieiunij candela accensa eis datur. cilicium eis traditur. et sic ab ecclesia exiunt. et ista rependant statum adeo post peccatum. nam candela accensa

reparat flammam gladium. cilicium ipsum tunica pellicea fuisse indutum. eiectione ab ecclesia signat eiectionem ipsius adeo de paradiso. Hodie autem reconciliantur triplici de causa. Prima quia per publicos peccantes christus hodie reconciliauit. Nam publice peccauit quando christum negauit. scilicet in nocte sequenti. quia tunc noctes sequentes spectabant ad dies preecedentes. sed modo mutatus est ordo. Publice penitentiam fecit quando amare fleuit. Sed christus eum reconciliauit quando ipsum respexit. Secunda causa est. quia in quinta feria deus aues et pisces de aqua produxit. sed aues in aere subleuauit. et pisces in gurgite remisit. sic ecclesia hodie peccatores in aquis deliciarum natantes relinquit. et penitentes ad celestia desideranda producit. Tercia causa est quia christus hodie per peccatores penitentiam facere incepit. **Pe. ij.** Petrus nostra ipse prulit in corpore suo etc. et ideo conueniens est quod postquam christus penitentiam fecit a publice penitentibus penitentia relaxetur. Secundum est. quia hodie crisma perficitur. Et fit triplici de causa. Prima est quia crisma fit ex oleo et balsamo. christus autem hodie oleum benedixit quando in monte oliueti orauit. et tanquam planta celestis balsamum produxit quando sanguineas guttas sudauit. Secunda causa est. quia hodie institutum est sacramentum sacramentorum. id est corpus christi. et ideo conueniens est ut hodie crisma perficiatur quod est materia multorum sacramentorum. Tercia causa est quia hodie crisma apostolos in presbiteros et episcopos consecrauit. quia potestatem conficiendi eis dedit. Et ideo conueniens est ut hodie crisma conficiatur. de quo presbiteri et episcopi seu pontifices inunguntur. Tercium est quia hodie altaria denudantur ad innuendum quod Christus omnibus suis vestimentis fuerat denudatus. scilicet vestimento materiali. quando a militibus spoliatus fuit. Spirituali quando collegium apostolorum ipsum reliquit. Corporali quando anima eius corpore denudata extitit.

In die

Sup substantiali autē spoliari nō potuit. qz eius diuinitas corpori in sepulcro aīe in limbo semp p̄iuncta fuit. **Quartum ē** qz hodie altaria cū aqua ⁊ vino abluunt ad significandū qd christus ecclesiā suam triplici lauacro abluir. s. aqua regeneratōnis. **Eph. v.** Mundās eū lauacro aque in verbo vite. Aqua gratie sp̄ialis. **Ex. xxxvi.** Effundam sup vos aquam mūdā ⁊ c. Et vino sanguinis. ⁊ ideo vinū effundit in modum crucis. **Ap. j.** Lauit nos a peccatis nostris ī sanguine suo. **Quintum est** qz tribus diebus christi mors ab ecclesia plangit quod fit triplici de causa. **Prima causa est.** qz sol tribus horis obscuratus fuit. **Secunda cā est** qz crist⁹ tribus diebus ⁊ tribus noctibus mortuus iacuit. **Tercia causa est** qz triplex creatura ipsius fletit scz pure corporalis. vt terra que tremit. pure sp̄ialis vt angelus qui scdm modum suum fletit. **Isay. xliij.** Angeli pacis amare flebant. Et composita sicut apostoli ⁊ mulieres. **Sextum est** qz luminaria extinguit. naz scdm aliquaz ecclesiarum p̄suetudinem quindecim candelae pponunt. **Candelae pponunt** vt paulatim extinguant. vna tamē abscondit que nō extinguit. Ille quindecim candelae representant. xij. aplos ⁊ tres marias in quibus lumen fidei fuit extinctū. **Candela autē** que non extinguit significat beatam virginem mariam. in cuius corde semp lux fidei radiauit. **Septimū est** qz tenebre inducunt ex eo qd omnia luminaria tūc sunt extincta. luminare celeste. i. sol p̄ obscuratōnem. **Luminare sup̄celeste.** i. christus p̄ ignominiosam passiōē. **Luminare sp̄rituale.** i. virgo beata p̄ tristitiam ⁊ merorem. **Luminare rationale.** i. apostoli p̄ lucis fidei amissionem. **De obscuratōe primi luminis dicit Amos. viij.** Occidit sol meridie. **De obscuratōe aliorū trium dicit. Amos. j.** Factus est sol. i. xps niger tanq̄ faccus cilicinus. ⁊ luna. i. virgo beata ro-

Parasceues

ta facta est sanguis. Et stelle celi. i. ap̄li ceciderunt sup̄ terram.

In die sacro parasceues. Sermo. j.

Um faciebant qui querebant animā meam. **ps.** Iudei volentes xpi aīam ī suo corpe cruciare cum nimia crudelitate ac violentia hoc fecerūt. Et ideo christus p̄querit dicens **U**m faciebāt ⁊ **Q**uoniam de anima quatuor fuerūt opimiones. vbi scz principalem habeat sedem. **Quidam** dixerunt ipsam esse in capite. Et hoc voluit ostendere per auctoritatem **Gen. ij.** Inspirauit in faciem eius spiraculum vitae **Johā. xix.** Inclinato capite tradidit sp̄m. Et p̄ rationem. qz omnes sensus vigent in capite. nam anima ī capite videt. audit. odorat ⁊ sapit. **Alij** dixerunt eā esse in corde. ⁊ hoc volunt ostendere p̄ auctoritatem **Mat. xxv.** De corde exeūt male cogitatōes ⁊ c. Cum enim cogitatōes exeūt ab ipsa ⁊ cogitatōes exeūt a corde ideo anima est in corde. Et p̄ rōnes quia cor est fons vite. nam in corde incipit vita. radicat⁹ vita ⁊ finit⁹ vita. **Alij** dixerunt ipsam esse in sanguine ⁊ hoc volunt ostendere p̄ auctoritatem **Leuiti. xvij.** Anima omnis carnis in sanguine est. Et p̄ rōnes qz si quis pdit sanguine pdit vitā. **Alij** dixerunt eam esse totam in toto ⁊ in qualibet p̄te corporis totam ⁊ hoc volunt ostendere p̄ auctoritatem. **ij. Reg. j.** Adhuc tota anima mea est in memetipso. non dicit adhuc est tota in cerebro meo vel in sanguine vel in corde. sed tota in memetipso. i. in corpore meo. Et p̄ rōnem qz cum anima sit p̄fectio corporis organici. nō erit vnius corporis organici t̄m sed omnium ⁊ totius. **Iudei autem** vident omnes istas quatuor opimiones saltem ipso facto scisse qz in his quatuor locis xpi aīam cruciauerūt